



## **Clypevs Theologiæ Thomisticæ**

Continens Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate; de Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Parisiis, 1669**

§. [III]. Solvuntur objectiones

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77355](#)

mas hic art. i. in corp. si ait: *Ratio potest aliquid intimare vel denunciare dupliciter: uno modo ab solute, qua quidem intimatio exprimitur per verbum indicativi modi, sicut si aliquis alicui dicat, hoc est tibi faciendum: aliquando autem ratio intimat aliquid alicui, movendo ipsum ad hoc; & talis intimatio exprimitur per verbum imperativi modi, puta cum alicui dicitur, fac hoc: Ergo imperium non consistit in judicio practico, sed in alio dictamine intellectus, per verbum imperativi modi expresso: unde posito judicio practico in Principi de eo quod conveniens est ut subditus obseruat, adhuc non est lex, nec obligatio, donec per verbum imperativi modi, judicium illud practicum, & voluntas Principis intimetur: De quo Theologi infra qu. 90. art. i.*

A intellectum ad eliciendum actum imperij.  
Objicies secundò: Ad eandem potentiam debet imperium pertinere, ad quam pertinet lex; cum imperare seu precipere sit actus legis, ut docet S. Thomas infra qu. 91. art. i. Atqui lex non pertinet ad intellectum, sed ad voluntatem: Ergo nec imperium. Minor probatur: non enim quod Princeps novit, aut bene intellectus, sed quod Princeps placuit, legis habet vigorem, ut dicitur in lege 1. ff. de confit. Principis: & S. Augustinus libro 4. de civitate. Dei cap. 6. ait: *Arbitria Principum pro legibus erant. Et Ciceron libro 1. de legibus docet, legem ab electione dictam esse: Ergo lex non ad intellectum, sed ad voluntatem pertinet. Unde etiam saepe Scriptura legem Dei exprimit nomine voluntatis divina, ut patet ex illo Psal. 102. Notas fecit vias suas Moysi, filii Israël voluntates suas.*

Respondeo negando Minorem: lex enim est actus rationis & non voluntatis, ut docet S. Thomas infra qu. 90. art. i. & alij Theologi communiter. Ad testimonia quae in contrarium allegantur, dicendum est cum M. Soto lib. 1. de iustitia qu. 1. art. 1. illa non denotare, legem esse actum voluntatis, sed solum ipsam presupponere: nam quod Principi placuit, legis habet vigorem, si mente prius, deinde voce praecipiatur; & arbitria Principum pro legibus erant, cum editio praecepientur; lexque ab eligendo dicitur, quia electionem Principis sequitur, cum scilicet praecepitur quod Princeps elegit. Denique lex Dei in Scriptura sacra, voluntas ejus appellatur, vel quia voluntatem Dei supponit, vel quia est signum illius: nam inter signa voluntatis divina, quae recenset D. Thomas i. p. qu. 19. art. 12. unum est lex, seu praeceptum. Vel denique mandata Dei, nomine voluntatis, interdum significantur; quia includunt voluntatem, tanquam id quod explicant & denuntiant: interdum vero appellantur *judicia*, juxta illud Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi, & *judicia sua non manifestavit eis*, quia consistunt formaliter in actu intellectus, ordinante & denuntiante Dei voluntatem.

Objicies tertio: Ad eam potentiam formaliter pertinet imperium, ad quam pertinet dominium; cum imperare sit proprius actus domini, & superioris in subditos: Sed dominium formaliter refert in voluntate (qua aliarum potentiarum domina seu regina appellatur) non vero in intellectu: Ergo imperium est formaliter actus voluntatis, licet directivè & presuppositivè sit actus rationis.

Respondeo distinguendo Majorem: ad quam pertinet dominium, quoad vim movendi, nego Majorem: quoad vim denuntiandi, intimando, & ordinando, concedo Majorem. Similiter distinguo Minorem: dominium refert formaliter in voluntate, quantum ad vim movendi & applicandi, concedo Minorem: quantum ad vim denuntiandi, intimando, & ordinando, nego Minorem, & Consequentiam. Dominium itaque duo dicit, scilicet efficaciam motivam, & vim denuntiatiac ac directivam: primum ad voluntatem pertinet; qua idcirco aliarum potentiarum domina & regina appellatur, nam motio earum, quantum ad exercitium, a voluntate incipit; alterum vero ad intellectum, cuius est ordinare, denunciare, & intimare; unde etiam rex aliarum potentiarum dicitur, quia illas regit mediante prudentiam. Imperium ergo pertinet substantialiter ad potentiam, ad quam pertinet dominium,

73. **O**BLICIES primò contra primam concludentem: D. Augustinus lib. 8. Confess. cap. 9. dicit: *Voluntas est que imperat. Et D. Thomas infra qu. 71. art. 6. ad 2. probat quod prima causa peccati est voluntas, quia ipsa imperat omnes actus voluntarios, in quibus solum invenitur peccatum.* Et hic qu. 17. in proœmio: *Considerandum est (inquit) de actibus imperatis à voluntate. Ergo ex utroque S. Doctore, imperium non est actus intellectus, sed voluntatis.*  
74. Respondeo, utrumque Sanctum Doctorem aperte suam mentem declarare. Augustinus enim in eodem capite dicit: *Imperat animus ut velit animus.* Et lib. 1. de libero arbitrio cap. 8. docet omne malum nostrum esse, appetitum non obtemperare rationi imperanti. Item Divus Thomas hic art. i. concludit quod *imperare est actus rationis, presupposito actu voluntatis.* Et in 4. dist. 15. qu. 4. quæst. 1. ad 3. ait: *Proprie accipiendo imperium, non est voluntatis. Sed duplicitate dicitur voluntas imperare: uno modo per quandam interpretationem sive equivalentiam: quia enim imperans, per imperium suum movet, ideo actus anima, ad quem motus statim sequitur, imperium dicitur; & quia ad actum appetitivæ, si sit compleatus, statim sequitur motus in corporalibus organis, ideo appetitivæ virtutes dicuntur imperantes motum: alio modo, inquantum principium imperij in voluntate est: advenire enim aliquem in finem suum, quod ad imperium pertinet, presupponit appetitum finis, & est quædam prosecutio illius; & proper hoc potentia vel artes operariæ, seu habitus qui sunt circa finem, dicuntur imperare illis que sunt circa ea qua sunt ad finem: & secundum hoc voluntas qua habet finem pro objecto, dicitur imperare, inquantum imperium quod est actus rationis, in voluntate incipit, ad quam pertinet desiderium finis.*

E Quando ergo D. Augustinus & S. Thomas docent voluntatem imperare, vel loquuntur de imperio largè & impropriè sumpto, prout significat idem quod movere in finem; quo pacto charitas actus omnium virtutum imperare dicitur, quatenus ex motione charitatis, actus omnium aliarum virtutum ad dilectionem Dei, seu ad Deum summè dilectum ordinantur: vel si loquuntur de imperio strictè sumpto, de quo in praesenti agimus, solum intendunt illud esse à voluntate, non substantialiter & elicitive, sed causaliter & originative; quia voluntas ex intentione finis, & electione mediorum, movet

Tom. III.

Cc

75.

76.

77.

78.

non quoad vim movendi, sed quoad vim dirigi: quia cum pertineat ad imperium rationabiliter procedere, debet non tantum movere & impellere subditos, sed rationabiliter & moderatè regere, quod sit per rationis directionem.

**79.** Obijcet quartò contra secundum conclusio-  
nem: Omnis actus intellectus, vel est simplex ap-  
prehensio, vel judicium, vel discursus, non enim  
aliae nisi tres illæ mentis operationes à Philosophis  
asignantur: Sed imperium non est simplex  
apprehensio, vel discursus, ut patet: Ergo si sit  
actus intellectus, necessariò debet esse judicium  
practicum.

**80.** Respondeo ex D. Thoma 2. 2. qu. 83. art. 1. ad  
3. quod licet in intellectu speculativo non inven-  
tiantur nisi tres actus assignati, plures tamen  
alij reperiuntur in ratione practica, que non so-  
lum habet commune cum speculativa quod inquireat, inventiat, & de inventis judicet, sed insu-  
per habet tanquam sibi proprium, quod ordinet  
ad opus: dirigit autem ad opus (ut docet idem  
S. Doctor i. periberm. lect. 7.) vocando ad atten-  
dendum mente, interrogando ad responden-  
dum voce, & ad exequendum deprecando &  
imperando; unde vocatio, interrogatio, depre-  
cacio, & imperium, sunt actus rationis practicae,  
in quibus non continetur verum vel falsum for-  
maliter. Ob quam rationem in dialecticis insti-  
tutionibus docetur esse quasdam orationes non  
enunciativas, nec significantes verum aut fal-  
sum formaliter, & has esse orationes vocativae,  
interrogativas, imperativas, & optativas.

**81.** Adverte tamen, quod licet imperium non sit  
formaliter judicium, in illo tamen judicium ali-  
quod virtuale reperitur; & quipollit enim huic  
judicio: *hoc tibi faciendum est*; vel, *expedit tibi*  
*ut hoc facias*; & idem dicitur judicium practice  
practicum, ad distinctionem judicij antecedentis  
electionem, quod licet sit practice practicum  
respectu electionis, efficaciter mouendo huc &  
nunc voluntatem ad eam eliciendam, est tamen  
practicum tantum speculatively respectu execu-  
tionis mediorum, quia solum proponit ejus con-  
venientiam per modum simplicis enunciationis,  
non vero per modum intimationis impulsiva.

**82.** Ex dictis inferes, actum imperii sic posse describi: *Imperium est ordinativa, cum motione quadam, intimatio alicuius operis exequendi*. Imperium enim, ut supra vidimus, tria importat, seu ex triplice actu coalescit, nempe ex mo-  
tione, directione, & intimatione: primum ha-  
bet à voluntate, que est primum movens quantum ad exercitium; alia vero ab intellectu, ad quem pertinet ordinare & loqui. Nam illa due potest in suis operationibus se mutuò juvent:  
intellectus dirigit voluntatem, & illam deter-  
minat quantum ad speciem actus; & voluntas  
movet & applicat intellectum, illumine determinat quantum ad exercitium. Quod per mu-  
tuum coei & claudi auxilium, bellissime expre-  
fit Alciatus in hoc emblemate.

*Loripedem sublatum humeris fert lumine captus,*  
*Et socij hec oculis munera retribuit.*  
*Quo caret alteruter, concors hoc praestat uterque:*  
*Mutuat ille oculos, mutuat ille pedes.*



## ARTICVLVS I.V.

*An ad omnes actus liberos voluntatis  
supponatur rationis imperium?*

## S. I.

*Duplici conclusione difficultas resolvitur.*

**D**ico primò, primum actum liberum vo-  
luntatis, qualis est simplex volitus vel in-  
tentio finis, non presupponere rationis imper-  
ium. Est contra Aluarem, Martinem, & alios,  
qui ad omnem actum liberum, etiam si pri-  
ma volitus finis, volunt prærequiri rationis im-  
perium.

Probatur primò ex D. Thoma hīc art. 5. ubi  
tertio loco sibi objicitur, quod si ad omnem actum  
voluntatis supponitur imperium, cum ad omne  
imperium debeat presupponi aliquis actus vo-  
luntatis, sequitur quod detur processus in infinitum: & sic respondeat. *Cum imperium sit actus  
rationis, ille actus imperatur qui rationis subditur:*

**C**primus autem voluntatis actus, ex rationis ordi-  
natione non est, sed ex instinctu nature, aut supe-  
rioris cause, ut supra dictum est (scilicet qu. 9.  
artic. 4. ut notatur in margine) & idem non op-  
portet quod in infinitum procedatur. Ubi nomine  
primi actus, non intelligit aliquem actum omni-  
no naturalem & necessarium, sed actum liberum  
quod primò aliquis incipit velle finem, sive vo-  
litione simplici, sive intentione efficaci; ut patet  
tum ex textu articuli ad quem se remittit, in  
quo ponit exemplum, *cum quis incipit velle sa-  
nari*; tum ex ratione quam adducit, nam pri-  
mus actus liber voluntatis, non ex rationis deli-  
beratione, sed ex speciali Dei dictamine & in-  
stinctu procedit, ut ex eodem S. Doctore supra Dis. 4  
ostendimus.

Probatur secundò: Imperium est actus pru-  
dentiarum, ut supra vidimus: Sed prudentia non  
versatur circa finem, sed solum circa media, ut  
docet Aristoteles 6. Ethic. cap. 12. Ergo simplex  
volitus vel intentio finis, non supponit rationis  
imperium.

Confirmatur: Prudentia est præceptiva eorum  
de quibus cubilia recte consiliatur, ut ex Ari-  
stotele docet D. Thomas i. p. quæst. 22. art. 1. ad  
1. Consultatio autem non est de fine, sed tantum  
de mediis, ut ostendimus disputatione præcep-  
tivi: Ergo prudentia non est præceptiva actum  
qui verlantur circa finem.

Probatur tertio: Imperium est actus liber,  
alias actus voluntatis qui ex ipso procedunt, li-  
beri esse non possent: Sed non potest esse liber,  
nisi supponat actum liberum voluntatis, à quo  
libertatem participet: Ergo imperium necessaria-  
riò aliquem actum liberum voluntatis supponit,  
& per consequens primus actus liber voluntatis,  
non potest esse ex rationis imperio.

Respondent Adversarij negando Minorem: nam licet imperium non supponat actum libe-  
rum, distinctum ab eo quem regulat, potest tamen  
participare libertatem ab eodem actu quem  
imperat, interveniente inter utrumque actum  
mutua causalitate.

Sed contra primò: D. Thomas loco supra re-  
lato, ut vitet processum in infinitum inter actum